Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

irasci. sed & laudare fidem illorū quia nulla insignia uirtutum
uidentes. nec ab aliquo apostolorum susceperant fidem xpi; In uerbis
potius quā in sensu. nō enim expositum illis fuerat mysterium;
Propterea quib; dā aduenientib; qui recte crediderant de edenda
carne & non edenda questiones fiebant. Et utrum nam spes quae in
xpo ē sufficeret. aut & lex seruanda est; Hinc ē unde omni indus
tria id agit. ut a lege eos tollat. quia lex & prophetę usq; ad iohannē.
& in sola eos fide xpi constituat. quasi contra legem euangelium
uindicat non destruens legem sed pferens xpianis asserit enim.
sic xpm promissum ut pdicato eo lex cessaret non tota. quia adbreui
atio legis ē facta. quae conpendio daret salutē. Multa enī ueterib;
tradita sunt propt duritiā cordis illorum. ut oneri est quae mi
sericordia di adbreuiauit p xpm data ptoritorū remissione;
Ingratus ē ergo misericordiae di qui uult ēē sub lege; Nam dix
erat moyses. sic timentes facietis filios israt. ut quacumque se
uerterent legem haberent. ut sine sollicitudine non essent;
Igitur ut in xpo sine lege spem uitae salutisque ponendam tra
dat. & dnm ipsū esse omnium doceat;

IN HOC UOLUMINE CONTINENTUR TRACTATUS SCI AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPI SUP EPTAS PAULI QUARŪ NOMINA SUBTER
Ad romanos. Ad corinthios. II. PRENOTATA SUNT.
Ad philippenses. Ad thessalonicenses. Ad titum. Ad colosenses.
Ad timotheum. II. Ad philemonem.

ISTE. IIII. DESUNT.
Ad galatas. Ad ephesios. Ad thesalonicenses secda.
Ad ebreos.

ARCHIV ST. PETER IN SALZBURG